191859

7

COMPONIMENTI

TENUTI IN TARANTO PER LA MORTE

DI

FERDINANDO I.°,

E PER LA SUCCESSIONE DI S. M.

FRANCESCO I.° BORBONE

NEL REGNO DELLE DUE SICILIE.

NAPOLI

NAPOLI 1825.
DALLA STAMPERIA DI RUSCONI, E FRATELLI FERNANDES.
Strada S. Anna de' Lombardi N.° 37.

Digitized by Google

COMPONIMENTI

PER LA MORTE

DI

FERDINANDO I.° BORBONE

Fu RE DELLE DUE SICILIE.

Guglielmo Morghen disegnò ed incise

FERDINANDO I.

Re del Regno delle Due Sicilie

nacque il dì 12. Gennajo 1751
proclamato il dì 6. Ottobre 1759.
morì il dì 4. Gennajo 1825.

NAPOLI

Rex fuit hic olim. Coeca nunc conditur urna

Ad ianuam Ecclesiae, qua exterior patet prospectus.

A ☧ Ω

HOSPES . VIATORVE . CIVISVE
INGREDERE . DOMVM
DEI . OPTVMI . MAXVMI
HEIC
IMMORTALIS . INTER . MORTALIVM . GEMITVS
SVPREMOS . EHEV . SVBIT . HONORES
FERDINANDVS . BORBONIVS
VTRIVSQ. SICILIAE
REX . AD . OMNIA . PROVIDENTISSIMVS
TV . SI . SAPIS . EX . CENOTAPHIO
QVANTVM . PER . VIREIS . LICVIT
AD . REGIVM . DECVS . COMPOSITO
RECOLE . QVO . HVMANA . RECIDVNT

Di Gio: Battista de Tommasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

Sublus Iconem Regis post ingressum ad Ecclesiam.

FERDINANDO . I. BORBONIO

BONO . RELIGIONIS . AC . REIPVBLICAE . NATO
VETERIS . DISCIPLINAE . VINDICI
PVBLICAE . TRANQVILLITATIS . RESTITVTORI
QVI
CLEMENTIA . TITVM
ANTONINVM . AEQVITATE
PIETATE . CONSTANTINVM
LEGVM . PRVDENTIA . THEODOSIVM . ET . IVSTINIANVM
AVT . VICIT . AVT . PROFECTO . AEQVAVIT
ORD. P. Q. TARENT.
L. ℔ M.
AN. IIVM. REDEMP.
M. DCCC. XX. V.
OFFICII . ET . GRATITVDINIS . ERGO
PP.

Di Gio: Battista de Tommasi di Galliopli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

Adhuc subtus Iconem

FERNANDI sola effigies hic cernitur. Adstat
Orans pro nobis Spiritus ante Deum.

Aliud

Si genus, et virtus, et opes, si sceptra fugarent
Funera, FERNANDVS non obiturus erat

Di Gio: Battista de Tommasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

Ad Cenotaphii latus, quod Ianuae Ecclesiae opponitur.

D. O. M.

ANIMAE . PIENTISSIMAE

FERDINANDI . I. BORBONII

PATRIS . PATRIAE . BENEMERENTISS.

QVI

SECVNDIS . NON . MINVS . QVAM . ADVERSIS . IN . REBVS

DEO . ECCLESIAE . POPVLIS . ADSTRICTISSIMVS

QVO . DIVINA . HVMANIS . HVMANA . DIVINIS

RELIGIOSO . PACIS . FOEDERE . SOCIARET

DIVINA . HVMANAQ. IVRA

AD . AMVSSIM . EXCOLVIT . FOVIT . TVTAVIT

CHRISTIANAM . VERO . RELIGIONEM

NE . A . PROPHANAE . RELIGIONIS . PRAVITATE

FOEDARETVR

ACERRIMAE . PROPVGNAVIT

LVCTVOSA . TARENTINORVM . CIVITAS

PARENTALIA

C.

Di Gio: Battista de Tommasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

Ad latus sinistrum

D. O. M.

DECORI . MAIESTATIQVE

FERDINANDI . I. BORBONII

NEAPOLIS . SICILIAE . ET . HIERVSALEM

REGIS . INCOMPARABILIS

FIDELISSIMA . TARENTINORVM . CIVITAS (1)

INFERIAS

APPOSITIS . LACRIMARVM . OLLIS

CELEBRANDAS

COERAVIT

Di Gio: Battista de Tomasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

(1) Gode questa Città del Distintivo di *Fedelissima* in tutti i Diplomi de' passati Re, che l'hanno signoreggiata.

Ad latus dexterum

D. O. M.

DVM . IVSTA

FERDINANDO . REGI

P. F. A

IN . LACRVMAS . SOLVTI

PERSOLVIMVS

HAEC . LEVANDO . MOERORI . OPPORTVNISSIMA

FAVSTAQ . NOBIS . DE . CAELO . SORS . DELABITVR

QUOD . FILIVM . SVVM

FRANCISCVM . BORBONIVM

QVEM

QVA . INGENIO . QVA . MORIBVS

SVI . NON . ABSIMILEM . RELIQVIT

IN . REGEM . NOSTRVM

VTPOTE . LEGE . MORE . PATERNIS . TABVLIS

VOTISQ. PVBLICIS . DESIGNATVM

EXCIPIEMVS

Di Gio: Battista de Tomasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Peropolitano.

Ad latus, quod Altare respicit.

D. O. M.

HAVE

REX . BONAE . MEMORIE . FERDINANDE

QVI

DIFFICILLIMIS . IN . REBVS . LONGISQ. ITINERIBVS

TERRAE . MARISQ. MVLTA . PERPESSVS

DEHINC . ANNO . VVLGARIS . AERAE

CIↃIↃCCCXXIII

PATRIOS . E . VINDOBONA . REDVX . AD . LAREIS

PACEM . REGNIS . POPVLISQ. TVIS

PERPETVAM . ADSTVXISTI

ET . TANDEM . AD . AETERNAM . A . LABORIBVS . QVIETEM

A . DEO . O . M . INDIPISCENDAM

INOPINATO . AD . PIOS . CONCESSISTI . MANES

REX . CATHOL. REX . PIE . REX . AVGVSTE

S. T. T. L.

Di Gio: Battista de Tommasi di Gallipoli,
Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

Ἀποφθέγματα

Internis quatuor Cenotaphii lateribus adplicata.

I.

LEGIBVS . ARMAVIT . MAGIS . QVAM . ARMIS
REM=PVBLICAM . DECORAVIT

II.

VITA . VBI . DEFICIT . FAMA . SVPPLET

III.

MAGIS . IN . POPVLORVM . CORDE . QVAM
IN . AERE . AVT . IN . MARMORE . REMANEBIT

IIII.

QVI . BENE . VIXIT . VIVIT . NEC . VNQVAM . IN
SAECVLA . ERIT . OBITVRVS

Di Gio: Battista de Tommasi di Galipa't,
Pastore Arcade, ed Accademico Peroitano.

Digitized by Google

AD TVMVLVM

Epigramma

Hospes, siste gradum. Hac FERNANDVS conditur urna.
Da lacrymas tanti funeris obsequium.
Sed, vitae stadium quamvis percurrerit, ipse
Vivet adhuc, mundi tempora donec erunt.
In pueri vivet mente, innuptaeque puellae,
Et viduae, quorum Tutor et Altor erat.
Quin tunc deficiet FERNANDI nobile nomen,
Quando Virtutum nomina deficient.

Aliud

FERNANDO indixit fatum Libitina supremum:
Incassum vomuit virus at illa malum.
Spiritus ereptus Terrae conscendit Olympum;
Mortalesque colunt numen in orbe suum.

Di Giovan Battista de Tomasi di Gallipoli, Pastore Arcade, ed Accademico Perolitano.

D. O. M.

SISTE . VIATOR . ET . AEDEM (1)
INGREDERE . HANC . SACRAM
FERDINANDO . BORBONIO
KAROLI . III. FIL. PHILIPP. V. NEP.
ET . SICVLORVM . REGI
HEI . TVTEMET . NOSTI
LONGE . CLEMENTISSIMO
IVSTA . PERSOLVVNTVR
NEGLIGENS . SI . PERGES
SCITO
VNVS . IN . ORBE . REMANEBIS
DIRVS . QUEM . NON . EXCRVCIET . DOLOR

Del Dottor in Dritto Tommaso Valentini.

(1) Di questa, e delle quattro seguenti Iscrizioni, scritte per un' altra Chiesa, in cui dovevano celebrarsi i funerali, ci siamo astenuti d' indicar la collocazione per il motivo: che seguono la stessaa delle precedenti, tranne solamente delle precedenti stesse la seconda, scritta per essere apposta appiè del ritratto del defunto Monarca.

D. O. M.

AD . PERAGENDAS . PER . CHRISTIANOS . FLAMINES
EX . PONTIFICIO . RITV . ET . MORE . MAIORVM
INFERIAS
ANIMAE . PIENTISSIMAE . REGIS

FERDINANDI . I. BORBONII

QVI . VIXIT . ANN. LXXIII. MENS. XI. D. XXII.
PRIDIE VERO NONAS IANVARIAS ANNI
CIↃIↃCCCXXV
AB . HVMANIS . DECESSIT
SODALITAS . HVIVS . TEMPLI
MEMORIAE NVMINIS MAIESTATISQ. EIVS
OBSEQVENTISSIMA
CENOTAPHIVM . EXCITANDVM
CVRAVIT

Del Dottor in Ditto Tommaso Valentini

D. O. M.

OCCVBVIT
DIGNVS . SERIORE . ROGO
SVOS . FRANGISCO . FILIO . DILECTISSIMO
ANNOS . ADDITVRVS . PATER . AMANTISSIMVS
BORBONIDVM . CLARVM . GENVS . FERDINANDVS
CVI
RELIGIO . CLEMENTIA . COMITAS
CETERAEQ. DEINCEPS . VIRTVTES
SICELIDES . ET . PARTHENOPEIAE . HILARITATES
HONORARIO . HVIC . ADSIDENTES . TVMVLO
POSTREMA . COLLACRIMATIONE
PARENTANT

Del Dottor in Dritto Tommaso Valentini.

D. O. M.

ET . FELICITER . EGIT , VITAM
ET MORTEM . OBIIT . FELICITER

FERDINANDVS . BORBONIVS

REGIA . POTESTATE . VTRIVSQVE
SICILIAE . MODERATOR
QVISQVIS . ES . QVI . FVNEBRIBVS . ADSTAS
ADVENA . INCOLA . CIVIS
FRONTEM . NE . TRAHITO
VTRVMQ. IPSA . VERITATE . VERIVS
SCILICET . QVOTIDIE . DIDICIT
BENE . MORI . VIVERET . VT . FELICITER
BENE . VIVERE . FELICITER . VT . MORERETVR

Del Dottor in Ditto Tommaso Valentini.

Digitized by Google

D. O. M.

QVVM . TALEM . SE . GESSERIT
SICVLORVM . PRINCEPS . ET . DELICIVM

FERDINANDVS I. BORBONIVS

QVALEM
CIVEM . REGEM . TVTOREM . PATREMQVE
OPTIMVM . ESSE . DECVIT
QVIN . EIVS . ANIMA . INCOMPARABILIS
NEDVM . TARTARA . NVLLATENVS . ATTIGERIT
VERVM
DEI . OPTIMI . MAXIMI
RECTISSIMO . IVDICIO
ILLICO . IN . ALBVM . CAELITVM . FVERIT . RELATA
ET . CIVIBVS . SVBDITIS . PVPILLIS . FILIIS
POSTERISQ. HORVM
CVNCTA
QVAE . BONA . FELICIA . FAVSTAQ. SIENT
DEPRECETVR
NVLLVS . HOMINVM . INFICIAS . IBIT

Del Dottor in Dritto Tommaso Valentini,

Digitized by Google

Distichi (1).

I.

Eccuius sunt signa haec? Famae, an Mortis habentur?
Dicam. Mors jacet hic mortua: Fama viget.

II.

Divis quae sola aequabat, Clementia, Reges,
FERNANDO Regi contumulata fuit.

III.

O, qui FERNANDI recolis funebria, scito,
Quod major semper funere moeror erit.

IIII.

Sed quid opus lacrymis? Fuit huc peregrinus et hospes;
Et Caeli civis patria tecta colit.

V.

Occubuit Rex. Fundamus pia carmina busto.
Rex digne, heu, salve; perpetuumque vale.

VI.

FERNANDO incassum funus Libitina parasti:
Nam toto colitur numen, in orbe suum.

VII.

Rex Vale: Rex Vale: Rex demum ... Hei, quod fixa dolore
Denegat extremum scribere dextra Vale.

Del Dottor in Dritto Tommaso Valentini.

(1) Il primo di questi è stato scritto per essere apposto dissotto alle Bandiere, che circondavano il Cenotafio, nelle quali si vedeva dall' una banda la morte, e dall' altra lo stemma dell' Augusto defonto Monarca: gli altri per essere apposti nel colonnato della Chiesa.

Superba in carro trionfal scorrèa
La gran nemica della lieta sorte,
Che a passo eguale, ed in sembianza rea,
Del ricco, e del meschin batte le porte.

E, rotando la falce, ecco, dicèa,
Cade sotto a miei colpi il vile e il forte.
Ecco FERNANDO, che immortal parèa,
Tratto dietro al mio carro. Io son la Morte.

Empia, le dissi! adunque i colpi tuoi
Son ciechi sì, ch' ancora in seno a Giove
Farian scempio de' Regi, e degli Eroi?

Ma pur, soggiunsi, Ei vive. Ed ella, dove?
Nè cuor, risposi, de' Soggetti suoi.
Mi guardò torva, e volse il corso altrove.

Del Primo Tenente Antonio Valentini.

In questa tomba, aimè, gelida e scura,
Cui Grazie e Genj appiè seggon dolenti,
Giace il fral di Fernando, a cui Natura
Diè tutto il ben, che appaga umane menti.

Quello, nella cui man nostra ventura
Ripose il fren de le Sicàne Genti.
Che il Tago e l'Istro in amistà sicura
Strinse (1), e a noi ricondusse i dì ridenti.

Quel, che il suo nome all'una e all'altr'aurora
Fece ammirar sin dall'età fanciulla,
E, benchè morto; fa ammirarlo ancora.

Quello, che il ben della regal sua culla
Ne' Soggetti rivolse ... Ed ora? ... Ed ora
Polvere giace, e pallid'ombra, e nulla.

Del Primo Tenente Antonio Valentini.

(1) Si allude al suo matrimonio con Maria Carolina d'Austria.

Dov'è FERNANDO, che il suo nome Augusto
Fè risuonar nel gemino Emisfero
Del ricco treno di virtudi onusto
Tratte dal sangue del Monarca Ibero?

Che tra gli Eroi del secolo vetusto
Nel tempio della Gloria andò primiero?
Il grande, il forte, il generoso, il giusto,
L'onor del patrio suolo, e dell'impero?

Ah, l'immagine sua è alfin sparita:
A pena un lieve suono or ne rimbomba:
Nessun più il cole: Nessun più lo addita.

Ferreo sonno lo preme in breve tomba,
Ov'egli aspetta, che lo desti a vita
Interminabil la spietata tromba.

Del Primo Tenente Antonio Valentini.

Fine de' Componimenti Funebri.

COMPONIMENTI

PER LA SUCCESSIONE

DI

FRANCESCO I.° BORBONE

AL REGNO DELLE DUE SICILIE.

Digitized by Google

FRANCESCO I.

Re del Regno delle due Sicilie

Nacque il dì 19 Agosto 1777

Di Napoli presso Nicola Gervasi Strada Tribunali N.° 377

FRANCISCI est haec; sed potius Virtutis imago,
Parthenopes populis quae bona jura dabit.

CARMEN.

Menstrua stellato fulgebat Cynthia Caelo;
Iamque tegebat humi vultum nigrantibus umbris,
Et molles somnos fessis mortalibus alma
Nox dabat. Impavidum quum me sopor occupat alta
Pausilypi sub rupe, novi quae lumina Phoebi
Prospicit, et placido mersas in marmore nassas.
Hanc subter jacet apricis circumdata campis
Planities. Hic aura levis per florea Tempe
Ludit, et afflatu demulcet leniter herbas.
Hic densis non una sedens luscinia ramis
Excutit aut alas, aut cantibus aera mulcet.
Plurimus e clivis erumpens irriguus fons
Gramina percurrit tenui pellucidus unda.
Aaterno sub vere tepet laetissima tellus,
Tellus, quam faciunt celebrem monumenta Maronis,
Vatis et illius, Arcadicus quem Pastor honorat.
Ecce autem, dum membra rigat languentia somnus,
Attollens sese tota festivus ab unda
Sebetus, viridi limo rorantia tectus
Membra et muscoso crines velatus amictu,

Adstitit, et mediis clarum sese obtulit umbris,
Talia vociferans: quaenam te obrepit iniqua
Segnities? Sic fata colis? Sic munera Divum
Noscis, qui extento lanas tua membra sopori?
Abrumpe, heu, somnos: jam blandula Mergillina,
Pulchra puella choros ductans, atque Euplia felix,
Prochyte et asparago dives, sylvosaque Nesis,
Ipsaque Parthenope ignito dominata Vesevo,
Quotquot Parthenopes circulant litora Nymphae,
Najades comptae, Dryades, facilesque Napaeae,
Quotquot Parthenopes se hilarant ad moenia Cives,
Ruricolae, Faunique vagi, Satyrique biformes
Exultant animis, tolluntque ad sydera plausus.
Nescis? Fernandum *fati sors aspera nuper*
Sustulit. Effusa in lacrymas prosternitur aula,
Civium et in fletus quisquis procumbit amaros.
Continuò at tristes luctus festiva fugavit
Laetitia, introiitque animos. Audita per omnes
Vox iucunda vias, referens nova gaudia Regnis:
Rex Franciscus crit; Franciscus sceptra tenebit.
Ingeminavit echo, Franciscus sceptra tenebit.
Nam solet Omnipotens, qui temperat orbis habenas,
Casibus adversos casus propellere faustis.
Abrumpe, heu, somnos. Festis nunc tempus adesse;

Nunc hilares celebrare dies ; nunc ponere curas:
Et Divis libare juvat , quae fertilis annus
Poma vel adducit , florum vel olentia serta.
Alterno et tellus quatienda pede , atque choreis
Ad numerum indulgere actis : dum candida Paphi ,
Et Gnidi regina potens , Gratiaeque decentes ,
Par quibus est aetas , species , sermoque suavis ,
Floraque clementis Zephyri dulcissima conjux ,
Fulgidulasque comas agitans lasciva Favonii
Coniux Pomona , excultis quae praesidet hortis ,
Intexent gemmis distincta , auroque corusca
Serta novo Regi caput exornantia. Namque
Rex Franciscus erit : Franciscus sceptra tenebit.
Porro Sicelides , Pindi bona numina , Musae
Aurea Pierio deducent carmina filo ,
Carmina digna cedro , digna ut panilantur honores
Regis , et insomnis volitet sua fama per urbes ,
Quaque cadit , visitque suum Sol aureus orbem.
Namque hic , Borbonidum ducens e sanguine stirpem ,
Austriadumque , animo virtutes congregat omnes.
Dirigere imperio populos ; dare jura ; manuque
Prudenti moderare thronum ; committere bella ;
Foederuque et paces vinclis constringere laetis
A puero didicit. Didicit (quod maxima Regum

Laus est) supplicibus ferre auxilium , et lare fido
Tutari miseros. Nonne hic est numen habendus?
Nonne huic aeternis fulgebunt ignibus arae?
Rex Franciscus erit: Franciscus sceptra tenebit.
Abrumpe , heu , somnos: Festis te misce diebus.
Dixit, et extemplo visus se condere limo ,
Bis mille exceptus Nymphis fluvialibus , atque
Quamvis aqua pauper , tamen amplo dives honore.
Longaevo Aurora interea pertaesa marito
Splendidiore micans affulsit lumine terris.
Experrectus ego , effusos in gaudia cives
Conspexi , atque novis implere urbemque domosque
Laetitiae signis, et plausus tollere ad astra ;
Atque nova ad plectrum nova cudere carmina Regi.
Continuò me illis miscere , atque addere voces
Vocibus incoepi exultans findentibus auras :
Rex Franciscus erit ; Franciscus sceptra tenebit,
Ingeminavit echo : Franciscus sceptra tenebit,
Iuppiter atque omen dexter firmavit ab alto,

Di Gio: Battista de Tommasi di Gallipoli ,
Pastore Arcade , ed Accademico Perolitano.

EVGEPE
QVOD . FAVSTO . VOTIS . ADNVENTE . OMINE
ILLICO . POST . OBITVM
FERDINANDI . I.
DIGNISSIMI . MEMORATV . REGIS
FRANCISCVM . BORBONIVM
FILIVM . NATV . MAXIMVM
IVVENTVTIS . PRINCIPEM
ET . QVA . INGENII . QVA . MORVM . ELEGANTIA
NEMINI . SECVNDVM
IN . PRIMVM . HVIVSCE . NOMINIS
VTRIVSQ. SICILIAE . ET . HIEROSOLVMORVM
REGEM . INAVGVRATVM
CVNCTI . A . PRIMIS . AD . IMOS
CIVITATVM . INCOLAE . VLNIS . EXCEPERINT

TARENTINORVM
VNIVERSVS . ORDO . POPVLVSQ.
IN . NOVI . PRINCIPIS . MAIESTATEM
VENERABVNDI
HILARITATIS . PVBLICAE . MONVMENTVM
PVBLICIS . TVPIS . CONSIGNANDVM
CVRAVERVNT

Del Dottor in Ditto Tommaso Valentini.

DISTICHA

I.

Quisnam Rex esset, Siculis scrutantibus omen,
FRANCISCVS clara voce repandit avis.

II.

FRANCISCVS nunc sceptra reget. Nam lusit ab annis
Primis imbelli sceptra paterna manu.

III.

Rex FRANCISCVS erit. Nunc, quum tibi, Zoile, nil sit
Quod carpas, bilem comprime, et invidiam.

IIII.

Gaudia Parthenope ingeminat, quod Rege fruatur,
Jactat qui Austriadum Borbonidumque genus.

V.

Vive diu, nove Princeps, vive, eu, Nestoris annos;
Casibus et semper sors sit amica Tuis.

VI.

Immò Tuis non vive modò, ut Neleides olim,
Sed nostris etiam, Rex bone, vive bonis.

Del Dottor in Dritto Tommaso Valentini.

Vieni, germe di Re, l' augusta fronte
A coronar de' Regj aviti allori:
Vieni a fregiarti de' sovrani onori,
Premio di tue virtudi illustri e conte.

Te salutano Re gli Etnèi fulgori,
E Te le fiamme del Vesuvio monte;
Il caloroso, il gelido orizonte,
Le Grazie, i Genj, ed i celesti Cori.

Il Gionio; l' Adriatico, e il Tirreno (1),
Gonfj di maggior gloria, ecco, che in segno
T' apron di omaggio il lor ceruleo seno.

Vieni, Alma grande. Del Sicàno regno
Il più gran vanto è, che ne regga il freno
Di degno Genitor Figlio ben degno.

Il Primo Tenente Antonio Valentini.

(1) I tre mari, che bagnano il Regno di Napoli.

FRANCESCO è ben dalla più alta idea,
Sorta in mente agli Dei, disceso in terra;
Se tanti pregi nel suo petto Ei serra,
Con quanti le nostr' alme incanta e bea.

Saper donogli la Tritonia Dea;
Valor quel Dio, che innalza scettro in guerra;
Facondia il Nume, a cui s' incurva e atterra
L' abitator de la pendice Ascrèa.

Giove la mente gli forni d' acume;
Temide d' equità; Diana il vanto
Gli diè di casto e nobile costume.

Se in esso i Numi si compiacquer tanto,
Ch' ei già nel Ciel s' erge in un altro Nume,
Merta in terra, anzi è poco, il Regio ammanto.

Il Primo Tenente Antonio Valentini.

A S. M.

LA REGINA.

Pianta, che ad Olmo avvinta lussureggia,
Coll' Olmo istesso a tanta altezza ascende,
Ch' ombra diffonde anch' ella, e lieta rende
Ogni altra, ch' al suo piè nel suol verdeggia.

Del campo essa è l'onore, essa è la Reggia,
E sì dolce da lei l' impero scende,
Ch' ognuna omaggio a tributarle intende,
E della servitù gode e pompeggia.

Annodata a Francesco, al Trono, Elisa,
T' ergesti già; d' onde grat' ombra e tanta
Spandi, che resta in questa ogni alma affisa:

E della dolce servitù si vanta,
Qual, se amoroso stral l' abbia conquisa.
Tu sei l' immagin di sì bella Pianta.

Il Primo Tenente Antonio Valentini.

ALLE LL. RR. MAESTA'.

CANTATA PER MUSICA.

Parla Apolline a Partenope.

Assai tra lor vicini,
Van sovente i confini
Del Lutto, e del Piacer. Ch'anzi il passaggio
Opra è sol d'un momento. Iniqua stella,
Che in Occidente apparve,
A Te involò in FERNANDO
L'onor del patrio suolo,
Il piacer delle squadre,
„ L'Amico, il Prence, il Cittadino, il Padre.
Allor la cetra d'oro,
Non al Delfico alloro, che circonda
La fronte al vincitor di gloria onusto,
Ma a sospender corresti a un vile arbusto.
Anch'io piansi di duel. Ma.... Non vedesti,
Che tosto dalle balze d'Oriente
Sorse contraria stella,
Che risplendente e bella
In FRANCESCO ed ELISA,
In cui Grazie e Virtudi unite sono,

Portò due Numi a rivestire il Trono?
La prima allora impallidì, disparve,
Nell' occaso attuffossi. E la seconda,
Che di luce gioconda il Ciel colora,
Messaggiera a Te fu di fausta aurora.
Dunque l' eroica cetra, che alla tua
Bella madre Calliope un dì donai,
Riprendi; e, colla dotta
Musica man le corde percorrendo,
Lieti accenti v'accoppia; e i dolci nomi
Di Francesco e d' Elisa
Fa con leggiadro stile,
Che s' odan risuonar da Battro a Tile.

La fortunata stella,
Cagion del tuo bel vanto,
Alfine a te spuntò.
Coppia felice e bella
Colle Virtudi accanto
Su'l Trono ella portò.
Ma quando eguale Aurora,
Ch'ogni anima innamora,
Nel Cielo s'affacciò?

Del Primo Tenente Antonio Valentini.

FINE.

» Alcuni de' Sonetti, che si leggono in questa piccola Col-
» lezione, essendo stati a S. M. particolarmente umiliati dal-
» l' Autore; è venuta la M. S. a compiacersi di fargliene noto
» il suo sovrano gradimento, come da una lettera del Signore
» Intendente della Provincia, diretta uffizialmente al Signor Sot-
» tointendente, e da questo comunicata al Signor Antonio Va-
» lentini, il tenor della quale, è il seguente = „*Taranto 26. Apri-*
» *le 1825.* = *Signore* = *Dal Signor Intendente della Provin-*
» *cia colla data de' 16. del corrente mi si scrive quanto sie-*
» *gue* = S. M. il Re (N. S.) si è degnata comandare, che si
» manifesti il suo Sovrano gradimento al Signor Antonio Valen-
» tini di codesto Comune per i sentimenti di divozione, e di
» fedeltà umiliati alla M. S. in occasione del suo avvenimento
» al Trono = Glie lo partecipo per farlo conoscere all'interes-
» sato « = Ho l' onore di parteciparcelo per sua intelligenza =
» Il Consigliere Distrettuale ff. di Sotto-Intendente = PANTALEO =
» Al Signor D. Antonio Valentini = Taranto„.

A S. E. R.ma

Il Presidente della Pubblica Istruzione.

Eccellenza

Lo stampatore Giovanni Rusconi, desidera stampare i *Componimenti tenuti in Taranto per la morte di Ferdinando I., e per la successione di S. M. Francesco I. Borbone nel Regno delle due Sicilie;* e del Dr. Tommaso Valentini; prega quindi l'E. V. a commetterne la revisione, e l'avrà *ut Deus.* = *Giovanni Rusconi.*

PRESIDENZA DELLA GIUNTA
PER LA PUBBLICA ISTRUZIONE.

A dì 11 Giugno 1825.

Il Regio Revisore signor D. Girolamo Parroco Pirozzi avrà la compiacenza di rivedere l'Opera soprascritta, e di osservare se vi sia cosa contro la Religione, ed i dritti della Sovranità.

Il Deputato per la revisione de' libri
Canonico Francesco Rossi.

Eccellentissimo, e Reverentissimo Signore.

I *Componimenti tenuti in Taranto per la morte di Ferdinando I., e per la successione di S. M. Francesco I. Borbone* ec. che si vogliono pubblicar colla stampa, non offendono i dritti della S. Religione, o della Maestà del Sovrano, si può quindi accordare il chiesto permesso. Dalla Parrochia di S. Gio: in Corte li 15. Giugno 1825.

Il Regio Revisore
Girolamo M. Pirozzi Parroco.

Napoli 11. Luglio 1825.

PRESIDENZA DELLA GIUNTA

PER LA PUBBLICA ISTRUZIONE.

Vista la dimanda dello stampatore Giovanni Rusconi, con la quale chiede di voler stampare: *I Componimenti tenuti in Taranto per la morte di Ferdinando I., e per la successione di S. M. Francesco I. Borbone nel Regno delle due Sicilie del Dottor Tommaso Valentini;*

Visto il favorevole parere del Regio Revisore signor D. Girolamo Parroco Pirozzi;

Si permette che i sopraindicati Componimenti si stampino, però non si pubblichino senza un secondo permesso, che non si darà se prima lo stesso Regio Revisore non avrà attestato di aver riconosciuta nel confronto uniforme la impressione all'Originale Approvato.

Il Presidente
M. COLANGELO.

Il Segretario Generale e Membro della Giunta
LORETO APRUZZESE.

601859
Digitized by Google